



**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

Ixxxvi [i.e. ii]. Compositiva, ex qua ut subjecto inexistente sit aliquid.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

formam, naturaliter etiam ab ea informatur, & consequenter cum ea componit compositum, & sustentans formam proximè exigit semper ab ea informari, adeoq; in quantum sustentativa, subordinatur quasi sibi ipsi in quantum compositivæ.

II. Causalitas causæ materialis compositivæ est unio; per hanc enim formaliter se communicat comparti, adeoq; per illam redditus formaliter componēs seu influens & causans compositum. Nec obstat prīmō, quod unio non sit inter causam & effectum; id enim ad causalitatem causarum intrinsecarum non requiritur. Nec secundō, quod hæc causalitas producatur per aliam causalitatem, nempe per educationem; nil enim vetat, unā causalitatem per aliam diversi generis (qualis respectu unionis est ejusdem educatio, compositis merè extrinseca) produci. Unde unio se ipsâ est in materia unitivè, id est, unitur materiae seipsâ absq; superaddita sibi causalitate, non verò seipsâ est in materia causaliter & sustentativè, id est, non causatur & sustentatur à materia absq; alia causalitate, sed per hanc causalitatem à se distinctam sive per educationem veluti terminus productus,

ductus, unio connectitur cum materia, tanquam cum subjecto sustentationis, & seipso tunc formaliter materiae tanquam subjecto informationis inhæret. Causalitas causæ materialis sustentativæ tam respectu unionis, quam formæ materialis, tam in fieri, quam in facto esse, est eductio unionis & formæ, in quantum eductio hæc est passio, seu respicit materiam, in qua recipitur; per hanc enim materia redditur actu causans formam & unionem, & hæc dependentes à materia.

III Sola materia, & non totum compostum est immediatum subjectum inhæsionis quantitatis. Sic enim contingit in homine, ex cuius forma, utope subjecto spirituali, qualitas, quæ est forma materialis, educi non potest; jam verò aliorum compositorū materia est ejusdē capacitatis cum materia hominiss; nullum præterea est fundamentum tribuendi formæ virtutem inadæquatè sustentandi quantitatem; nam quantitas formæ communicat suum effectum formalem mediatè tantum, & exigit forma, uti & reliqua accidentia corporea extendi, non ratione quantitatis in iis receptæ, sed ratione subjecti per